



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. CV. Vnde Divinae Synaxis prætermißio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

perseuerare possit, ita si cum iis operari continuet, vel negligat, ex perseuerantia excidet.

§. Atque hæc cum Deo agendi socordia, est causa cur aliquis aepiusculè Eucharistiam percipientes vitam non emendent, & in pristina recidant, ac relabuntur peccata. Quod ipsum confirmat & S. Ioannes Chrysost. hom. 24. in prioris Corinthiace cap. 10. Quemadmodum, ait, frigida accessio (febris) periculosa est, ita nulla mystica illuc cane participatio, pestis est & interitus. Ipsa namq; mensa a-
vem nostræ vis est, nerui mentis, fiducia vinculum, fundamen-
tum, spes, salus, lux, vita nostra. Ergo animus diuinam o-
mittens communionem obscuratur, eneruatur, labi-
tur, perit.

C A P. CV.

VNDE DIVINAE SYNAXIS
prætermisso.

§. Procrastinata verò & omisæ S. Communionis causa portissimum duæ, altera vitæ licentia & dissolutio, & inde timor ne ad damnationem sumatur, altera immoderata caducarum rerum cupiditas & sollicitudo, dum pluris fit præsentium rerum vitrum quam aeternorum bonorum margaritum. Nam inanem illam excusationem & vanum prætextum, quo quidam ajunt se à divina communione abstinere, ut se laetius ad illam comparent, clarissimè refellit, S. Cyrilus Alex. libr. 3. in Ioannem cap. 37. Recusatio, inquit, huiusmodi, quamvis ex religione proficiisci videatur, & scandala non faciat, & laqueos instruit, quare oportet omnibus viribus a peccato mundari, & recte viuendi iactu fundamentis magna fiducia ad sumendam vitam concurrere. Sed varia sunt Dia-
boli multiplicesq; ad decipiendum insidia. Nam primum ad vi-
m munitione ab-
vendum turpiter inducit, deinde cum malis oneratis fuerint, tunc flentia &
aborreto à Christi gloria persuadet, qua possent à turpitudine periculum
volupta-creat & of-
fen disulam.

voluptatis quasi ab ebrietate reuocare. Saluberrima & altissimè menti infigenda est illa S. Ioannis Chrysost. sententia hom. 83. in Matth. & 60. ad Antiochenos. Vnde si dolor, ait, una molestia, si hoc alimento spiritali priuamur. Optimum est consilium S. Ambrosii lib. 5. de Sacramentis cap. 4. & B. August. serm. 28. de verb. Domini: Accipe quotidie, quod quotidianie tibi profit, sic viue, ut quotidie merearis accipere.

C A P. C V I .

DE SPIRITALI SYNAXI:

§. **Q** Vando Missæ Sacrificio intersunt, nec tamen re ipsa Eucharistiam accipiunt, spiritalem communionem non prætermittant.

*Quid sibi
ratio com-
munio.*

§. Est autem spiritualis communio pius affectus & ardens sumenda Eucharistie desiderium eorum, vt ait Concil. Trident. ses. 13. c. 8. qui voto propositum illum panem cœlestem edentes fide viua, que per dilectionem operatur, Gal. 5. fructum eius & utilitatem sentiunt. Potest enim effectus Sacramenti, vt ait S. Thom. 3. part. q. 80. art. 1. ad 3. ab aliquo percipi, si sacramentum habeat in voto, quamvis non accipiat in re.

*In suis spiri-
tualiter com-
municans.*

§. Cum autem hoc desiderium ex viua fide proficisci debeat, est necessarium ut spiritualiter communicatur, sit in gratia, aut ad hanc consequendam in se contritionem excitet.

§. Tale desiderium fuit in Christo Domino Lut. 21. cap. 15. antequam re ipsa Eucharistiam sumeret desiderio, inquit, desideravi hoc Pascha (nouæ legis Eucharistiam) manducare vobis cum, antequam patiar.

*Communi-
candi efficax
voluntas Deo
vnde pro-
batur, cum
non est com-
moditas.*

§. Quod pius sanctumque percipiendæ Eucharistie desiderium, cum facultas deceat, vel oportunitas, quæ voluntas Deo topere Deo placeat multis ipse miraculis demonstravit. Neophytus cernens alios communicantes, nec sibi id adhuc licere ingemiscens sensit diuinitus V. Sacramentum in os suum ingredi, qd & aliis ostendit, utrefactum